



Institutiones Dialecticæ

Dieterich, Conrad

Giessæ Hessorum, 1611

Caput XVII. Adversa sunt contraria affirmantia, quæ inter se velut è
regione perpetuò adversantur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](#)

VI. Denique cùm ex unius negatione infertur alterum. ut, *Non sum tuus pater. Ergo sum tuus filius. Iste non est praeceptor Pedagogicus. Ergo est discipulus Pedagogicus.*

[Divisiones Relatorum vide suprà in prodidascalia Prædicamentorum.] Sic fuerunt Relata, sequuntur Adversa.

CAPUT XVII.

I. A Dversa sunt contraria affirmantia, quæ inter se velut è regione

perpetuò adversantur.

E regione perpetuò adversari, est inimicissima disensione sic ad invicem sine intermissione è diametro pugnare, ut nunquam per naturam simul esse aut coire in unum possint: ut *Virtus, vitium: Pax, bellum.*

[Nomen Adversorum ex Cicerone desumptum est, Græcæ alias dicuntur ἐναντία, τὸ ὠλεῖσον διαφέροντα. Cōtraria extrema. Differunt à Relatis, quia Relata ita difficiunt, ut tamen gramicissime consentiant, seq; ad invicem constituant. Differunt à Privantibus, in adversis enim est habitus duplex: in privantibus vero tantum unus.

Exempla inventionis.

Adversa.

Adversa.	Vitium.
Virtus.	Stultitia.
Sapientia.	Nigredo.
Albedo.	Pax.
Bellum.	Malum.
Bonum.	Frigidum.
Calidum.	Caro.
Spiritu.	Servitus.
Libertas.	Incredulitas.
Fides.	Res aduersa.

Incredulitas.

Res aduersa.
E quibus conficiuntur enunciata hæc: Virtus est
vitium fugere, & sapientia prima Stultitia caruisse. Sic cor-

vus est niger, non erit albus. Si pax optanda, bellum dñandum. Si summum bonum omnibus expetendum: Malum omnibus erit fugiendum. Vtinam vel calidus vel frigidus es. Caro concupiscit adversus spiritum. Liberi à peccato, servi facti estis justitia. Quicunque crediderunt salvus erit; qui incredulus, damnabitur. Quem res plus mio delectavere secunda, Mutata quatent.

Ex iisdem disputantur Questiones dubiæ argumento tertio sumpto ab Adversis. Thema. Pax est optanda. Quia bellum est fugiendum. Summum bonum omnes appetunt. Quia malum omnes fugiunt. Sapientia virtutis studiosus. Quia stultitia caret & vitium fugit. Bonus non est bonus. Quia est malus. Æthiops non est albus. Quia est niger. Thomas non vera fide præditus est. Quia incredulus. Sancti non vivunt in carne. Quia spiritus guntur. Cicero adversam fortunam molestie tulit. Quia prosperis animo fuit elatiori. Pii debent esse servi Iustitiae. Quia liberi facti à peccato.

Sic adversa sunt: Robur, debilitas: veritas, falsitas, vituperium: honestas, turpitudine: grave, acutum: nolle: affirmare, negare: simplex, compositum: absolutum: actuum, passivum: amo, amor: alienus, suus: prius, commune: Matth. 6. 24. Non potestis Deo serviri & Mammona. 1. Cor. 10. 21. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum demoniorum: non potestis mensa demoniorum. 2. Cor. 6. 14. Quid est Iustitia consortium cum injustitia? Et quae contra Christum cum Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? & consensio templi Dei cum simulachris? Joh. 6. Mæror revertetur in gaudium. Matth. 16. Caro & sanguis non lavit tibi, sed pater meus qui in cœlo est. Horat.

— Quid mea cùm pugnat sententia secum:
Quod petiti, spernit; repetit quod nuper omisit;
Ætituat, & vita disconvenit ordine toto,
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis, &c.

Adversorum hi sunt CANONES.
I. Adversa se mutuò pellunt & destruunt
Sunt enim contraria, quæ in eodem genere

plur
tus d
[L
missi
gore c
veran
talia,
Quod
sum d
culi, r
sin, u
missis
adver
non a
sea po
lemen
ce
U
mar
bile :
bus.
Ergo
niger
[P
bus c
ciproc
consia
runtu
Corpus
supra

Ad
ponu
est gen
non est

plurimum differunt. Sic calor pellit frigus. Virtus destruit vitium: Pax bellum, &c.

[Intellige in gradibus excellentibus. At non in remissis; Sic enim potest esse tepor, qui ex repressis calore & frigore constat, (sed tum tepor non est contrarium adversum, verum calori & frigori disparatum) Alias calor & frigus quæ talia, semper sibi sunt extreme adversa. Hic observa duo: I. Quod contrarium adversum nonnunquam alterum adversum dicitur augere, veluti frigus hybernum calorem ventriculi, non sit per se, sed per accidens, propter scilicet antiperistasis, ut Physici loquuntur. II. Quod adversa qualitates immisso dicuntur temperari, non ipsa extrema per se desinunt, adversari plurimum, sed subjectum ab illis est alteratum, ut non amplius simplices qualitatum summosq; actus habeat, seu potentias saltem propter mixturam adverse affectorum Elementorum. Vide Libav. fol. 243.]

Itaq;

II. Adversorum uno verè affirmato, necesse est negari alterum, & contrà:

Uno adversorum negato, necesse est affirmari alterum. Absurdum enim est & impossibile adversa per se jungere, ut, Saul est reprobus. Ergo non est electus. Absolon est malus. Ergo non est bonus. Color est albus. Ergo non est niger. Non est albus. Ergo non est niger.

[Philippus ita effert. Positâ unâ qualitate in gradibus excellentibus, removetur contraria qualitas. Reciprocatio autem hujus Canonis semper procedit, si adversa considerentur quæ adversa sive extrema: Non quæ reficiuntur ad media. Sic enim sunt disparata. Itaque non V.C. Corvus non est albus. Ergo est cœruleus, flavus, &c. Vid. supra Disparatorum Canones.]

ELENCHUS

Adversorum committitur I. Cùm pro Adversis ponuntur, quæ revera adversa non sunt. ut, Filius Dei est genitus. Ergo non est aeternus. Hector est fortis. Ergo non est temperans. Sursum est Christus. Ergo non deorsum.

[Hac

[Hac enim non adversa, sed diversa sunt.]

II. Si adversa mediata sumantur pro immediatis ut, Aer non est frigidus. Ergo est calidus.

[Poteat enim esse tepidus.]

III. Cum in utroque Adverso non sunt aequalis gradus. ut, Mala opera damnant. Ergo bona salvant.

[De hoc exemplo vid. sup. c. 16. Canon. Contrariorum.]

Hæc de Contrariis affirmantibus; restant Negationes.

CAPUT XVIII.

I. **C**ontraria Negationia sunt, quorum alterum ait, alterum negat idem.

[In Contrariis negationibus duæ sunt affectiones. I. Affirmatio, quæ significatur natura sive qualitas, quæ revera quid est, seu subjecto inheret. Ut virtus significat habere bonum inclinantem ad actiones honestas; Vita significat energiam vivendi in anima. II. Negatio, quæ significat prius affirmata vel negationem, ut non virtus, quæ alii quavis negatur, quæ virtus non est; vel Privationem, mors, quæ vita sive facultatis vivendi extinctionem significat. Hic observa. I. Dici contraria negationia Synecdoche part. prototo, à fortiori nimirum. II. Non sicut affirmantur, quorunq; utrumque affirmat: Ita & negantur, quorunq; utrumque negat. Quia I. alterum affirmat: alterum negat. Et 2. in puris negationibus non rationis usus. III. Sicut Affirmatio, ita & Negatio est Critica judicii propria: alia Topica quæ hujus de Topicè negare est arguere rem non esse, sive undique, sive in determinato subjecto. Atq; ita est simplex sive incomplete & nuda argumentorum, seu singularum notionum negatio sine compositione, complexione & dispositione axiomatum ut, Est, non est: Ens, non Ens. Petrus, non Petrus justus, non justus: Lux, tenebra; Vita, mors. Atq; conjungo hac & dico, Petrus non est justus; axiomatum est negatio. IV. Enunciantur interdum negationia explicita in C.